Ruding. 1. *obſ.* 16. *Beſ. th. pr. v.* Als/Gleichwie. *& in contin. h. v. Speid. not. v.* Als / Gleichwie. *n.* 76.

Alsbalden. Mox. Illico.

Dictio alsbalden / mox, illico, ſtatim in continenti, denotant extremitatem temporis, & videntur importare, quòd res fieri debeat ex tunc, ſine omni ulteriore mora & temporis intervallo, Jaſon. *in l. arrogato.* 40. *num.* 10. *de adoption. Bartol. Salicet. & Dd. in l.* 1. *ſi cert. pet. gloſſ. in l. momentaneæ.* 8. *unde vi. & gl. in authentic. de inceſt. nupt. collat.* 2. *verbo, mox imminere. & in l. ſi pater captus.* 29. *de vulg. & pupill. ſubſtitut. Bald. in l. quoniam nonnulli.* 28. *per textum, ibid. verb. mox. C. de appellat.* hoc eſt, alsbalden ohne einige Weigerung und Verzug / prout in conſtitutione deß Religionsfriedens / hæc verba ponuntur, de quibus quid importent, vide apud Gylandum, *deciſ. Camer.* 38. *num.* 1. *lib.* 1. ubi ait: verba illa ohne Verzug und alſobald / ohne Widerred / idem eſſe ac ſtatim, mox, ipſo jure, & non expectatâ ſententiâ vel declaratione, cadere aliquem in pœnam legis ita conſtituentis & ponentis alia verba, quia ſi neceſſe eſſet expectare ſententiam declarationemve, non poſſet dici, alsbalden / ohne Verzug und Weigerung / *gloſſ. in Authent. de inceſt. nupt.* §. 2. *in verb. imminere. & in l. commiſſa. verbo, ſtatim. de Publ.* §. 1. *verb. ſtatim. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Angel. in* §. *fin. Inſtit. de ſatisdation. Bartol. in l. jubemus. num.* 4. *Cod. de SS. Eccleſ. & in l. Imperator. verſ. hoc verum. de jure fiſci. Iaſon. in l. jusjurandum, de jurejur. num.* 18. ubi refert, verbum alſobald / habere paratam executionem, vide Cammergerichts-Ordnung. *p.* 2. *c.* 22. ubi Latina verba, quibus dicitur der Religionsfrieden / ſcilicet ohne Verzug oder einige Einrede.

Interdum hæc verba alsbald / mox, ſtatim, confeſtim, idem ſonant, quod verbum ſummariè. *Coler. part.* 3. *de proceſſ. executiv. c.* 6. *n.* 5. Interdum etiam important arbitrium Judicis tanquam boni viri, *arg. l. item ſi ita. v. & quod dixi in continenti, intelligendum eſt cum ſpatio aliquo, &c. ad l. Falcid.* ut ſcilicet jus dicens, ſecundum ſubjectam materiam (*Mynſ. cent.* 6. *obſ.* 4. *n.* 5. *v. in ſingul.*) & perſonarum conditionem determinet tempus, intra quod actus expediendus venit, *argum. l. ſi is à quo.* 3. *prin. ut in poſſeſſ. legat. Iaſon. in l. edita.* 3. *num.* 30. *Cod. de edend. Abbas in cap.* 1. *num.* 25. *de mutuis petition. & in c. veniens.* 2. *num.* 11. *de teſtib. Bald. in l.* 3. §. *cum igitur. num.* 2. *de vi & vi armat.* hoc eſt, nec minimum nec maximum temporis ſpatium, ſed moderatum, & tale, quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi poteſt. *l. ratum.* 13. *l. quod dicimus.* 105. *de ſolut. & l. continuus.* 137. §. *cum ita. de verbor. obligat. l. ſi debitori.* 21. *de judiciis. l. debitoribus.* 31. *de re judicata.* Vide omnino *Coler. de proceſſ. executiv. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 2. *& ſeq. uſq; ad num.* 16. *Weſembec. conſ.* 6. *num.* 68. *Hartm. Hartmanni.* 9. *obſerv.* 1. *verſ. ideo. n.* 11. *Rosbach. in proceſſ. c.* 41. *n.* 11. *Summa Rolandina fol.* 35. *B.* Pfeils *conſ.* 174. *n.* 8. *Menoch. de arbitr. jud. q.* 11.

Ruding. cent. 1. *obſ.* 18. *Beſold. th. pr. h. v. & in contin. v.* Alsbald. *Speid. notab. h. v.*

Alsdann / jetzt alsdann und dann als jetzt. Tunc.

Vox alsdann / *tunc*, inducit extremitatem temporis (continens tempus & qualitatem rei) *c. quod ſic. & ibi gloſſ. in verb. ex tunc. de elect. in* 6. *l. ſi his* 4. §. *ſi ita. de condit. & demonſtr. c. ſi capitulo. de conceſſ. præbend. in* 6. *Gyland. deciſ.* 41. *num.* 58. *lib.* 2. & ſemper ad conditionis eventum trahi debet, *Innocent. in cap. præterea. de appellation. c. à Iudice.* §. *ult. eod. tit. in* 6. *ubi Dd. Gylman. in Symphorem. tom.* 3. *fol.* 14. *&* reſpicit conditiones, quibus apponitur, ut impleantur formaliter, alsdann / id eſt, und ehe nicht / *Pariſ. conſ.* 86. *lib.* 2. *num.* 34. *Anchar. conſ.* 357. ubi dictio alsdann / eſt implicativa. Implicat enim, quod prius præceſſit cum poſteriori, *l. ſi tibi purè. l. ſi ſic. de legat.* 3. *l. lecta. ſi cert. petatur.* adeoque omnia præcedentia prius facta & completa eſſe oportet, quàm hic articulus (alsdann) verificari poſſit, *d. l.* 2. *de condit. & demonſtr. Clem. un. de conceſſ. præbend. & Clem.* 1. *de jure patron. Hartm. Piſtor. part.* 2. *lib.* 2. *q.* 27. *n.* 39.

De verbis: Jetzt alsdann / und dann als jetzo / vide *infra lit. I.* Jetzt alsdann / ꝛc. & de vocula alsdann / *infra lit. N. verb.* Nechſte Erben.

Particula alsdann / taxativa ejus indolis eſt, ut omnia præcedentia prius completa eſſe velit, quam ipſa diſponat, & ante implementum illud nec veniſſe dies, nec ceſſiſſe, nec nata obligatio intelligatur. *Beſold. th. pr. h. v. Octav. Vulpell. de præpoſ. & adverb. ſignif. ſub dict.* Tantum, *verſ. tamen, c.* 1. *pag.* 125. Bitſchius. *add. Strauch. in Lexic. particul. juris. verb.* Tantum. *Ruding.* 1. *obſ.* 17. *& cent.* 3. *obſ.* 6. *add. Beſold. th. pr. h. v. & verb.* Jetzt / alsdann. *& in contin. h. v. Speid. not. v.* alsdann. *n.* 78. *& Dieth. in contin. not. h. v. n.* 37.

Alſo. Alſo und dergeſtalt: Was und wie viel. Ita, ſicut & ita, prout.

Vide *infra lit. D. verb.* Dergeſtalt. *lit. G. verb.* Gleichwie. *Zaſium lib.* 2. *conſ.* 20. *n.* 24. *fol.* 208. an ejuſmodi verba important modum an declarationem.

Ruding. 1. *obſ.* 19. *Beſ. th. pr. h. v. & verb.* als / Gleichwie. *& in contin. n.* 46. *Speid. notab. v.* Alſo und dergeſtalt. *n.* 79.

Alters. Von Alters. Antiquitus.

Von Alters herbracht. Hæc verba ad minus, de 40. vel 50. annis accipienda ſunt. *Meichſ. in deciſ. Camer. tom.* 2. *part.* 2. *deciſ.* 4. *n.* 85. *fol.* 247. dicitur enim tempus antiquum in cauſa gravi tempus 40 annorum, *Molin. conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 5. *n.* 6. *part.* 1. ut refert Mynſing. *reſp.* 21. *n.* 43. *& Adrian. Gyland. Camer. deciſ.* 20. *n.* 17. *lib.* 1.

Ruding. 5. *obſ.* 36. *Kulpis de obſerv. Imper.* §. 28.

Alter Leute / Alter Männer. Rectores collegiorum.

Alter Leute / vel alter Männer vocantur Rectores vel